UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De prin. Missæ, & confes. facie[n]da. c. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

faciat ad illud reuerentiam: ſi ante locum ſacramenti, genufle-
ctat. Si ante altare, vbi celebretur miſſa in qua eleuatur ſacra-
mētum, ſimiliter genuflectat, ⁊ detecto capite illud adoret. Cū
peruenerit ad altare, ſtās ante illud in infimo gradu, caput de
tegit: biretum miniſtro porrigens, ⁊ altari, ſeu imagini crucifi-
xi deſuper poſitę, profunde inclinat. Si autem in eo ſit taberna
culū Sāctiſſimi Sacramēti, genuflectens dubitaꝫ facit reuerē
tiam. Tunc aſcendit ad medium altaris, ibi ad cornu Euange
lij ſiſtit Calicē: extrahit corporale de burſa quod extēdit in me
dio altaris, ⁊ ſuper illud calicē velo coopertuꝫ collocat. Si in
altari paramenta accepit, hoc idem facit antequā deſcēdat ab
altari miſſam inchoaturus. Si eſt cōſecraturus plures hoſtias
pro Communione facienda, quę ob quantitatem ſuper patena
manere non poſſint: locet eas ſuper Corporale ante Calicē, aut
in aliquo Calice vel vaſe mūdo cōſecrato eas ponit retro poſt
Calicem, ⁊ alia patena cooperit. Collocato Calice in altari, ac
cedit ad cornu epiſtolę. Miſſale ſuper cuſſino aperit, reperit
miſſam, ⁊ ſignacula ſuis locis accōmodat. Deinde rediens ad
mediū altaris, facta primū Cruci reuerētia, deſcēdit ad gradū
infimū altaris pro miſſa inchoanda. In miſſa ſolenni calix, miſ
ſale, ⁊ alia neceſſaria p̄parātur, antequā ſacerdos veniat ad al-
tare. Ipſe aūt procēdit cū miniſtris: ⁊ cum peruenerint ad infi-
mum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, ⁊
Subdiaconū a ſiniſtris, antequam aſcendat ad altare, facit cū
ipſis (vt infra) Confeſſionem. In miſſa pontificali omnia ſer-
uentur vt in Pontificali ⁊ Ceremoniali Romano ordinatur,
cuius Pontificalis ordinem Epiſcopus nunquam prętermit-
tat, qñcunque cum Diacono ⁊ Subdiacono paratus celebrat.

¶ De principio Miſſę, ⁊ Confeſſione facienda. Cap. 28.

Sacerdos quamprimum deſcenderit ad infimum gradum
altaris, conuertit ſe ad ipſuꝫ altare, vbi ſtās ante illud iū-
ctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel
altari reuerentia, erectus incipit miſſam. Si autem celebratu-
rus ſit coram ſummo Pōtifice, ſiſtit ſe in infimo gradu altaris
a cornu euangelij ante ipſum Pontificem, vbi genuflexus ex-
pectat: accepta benedictione erigit ſe, ⁊ ſtans verſus altare inci
pit Miſſam. Si autē ſit coram Cardinale, Patriarca, Archie-
piſcopo,

piſcopo, vel Epiſcopo in corū reſidētijs, vel loco iuriſdictionis,
ſtans in infimo gradu a cornu euangelij vt ſupra expectat, da
to ſigno facit profundam reuerentiam prælato, ꝛ verſus ad al=
tare incipit Miſſam. Si autem ſolenniter celebrat coram ſum=
mo Pontifice, aut alio ex prælatis prædictis, ſtans a ſiniſtris p̄
lati, facit cum eo Confeſſionem, ꝛ alia ſeruat vt in Cærimoniali
Romano, ꝛ in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrās in
infimo gradu altaris vt ſupra, producēs manu dextera a fron
te ad pectus ſignū crucis, dicit intelligibili voce. In nomine
patris, ꝛ filij, ꝛ ſpiritus ſancti Amē. Et poſtquam id dixerit, nō
debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam
ſi ſacramentum eleuet, ſed continuate proſequi miſſam ſuā vſ=
que ad finem. Cum ſeipſum ſignat, ſiniſtrā ponit infra pectus,
in alijs benedictionibus cum eſt ad altare ꝛ ſeipſum non bene
dicit, ponit eam ſuper altari. Seipſum benedicens, vertit ad ſe
palmam manus dextræ, ꝛ omnibus illius digitis iunctis ꝛ ex=
tenſis, a fronte ad pectus, ꝛ ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſi=
gnum crucis format. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit,
paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totā
manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iun=
ctis ꝛ extēſis: quod in omni benedictione obſeruatur. Poſtquā
dixerit. In nomine patris ꝛc. vt ſupra, iungit manus ante pe=
ctus pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad alta
re dei. Miniſter retro poſt eū ad ſiniſtrā genuflexus, ꝛ in miſſa
ſolenni miniſtri hinc inde ſtantes rn̄dent. Ad deū qui lætificat
iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodē modo ſtans inci=
pit, ꝛ proſequitur cū miniſtro vel miniſtris alternatiꝫ Pſalmū,
Iudica me deus, vſqꝫ ad finē, cum Gloria patri. Quo finito re=
petit Antiphonā, Introibo, cum miniſtris vt ſupra. Qui Pſal=
mus nunquam prætermittitur, niſi in miſſis defunctorum, ꝛ in
miſſis de tpe a Dn̄ica Paſſionis incluſiue vſqꝫ ad ſabbatū ſan
ctum excluſiue, in quibus ſemel tantū dicta aña Introibo, cū
miniſtris vt ſupra, ſacerdos ſtatim ſubiungit ℣. Adiutoriū no=
ſtrum. ꝛc. vt infra. Cū in fine Pſalmi dicit Gloria patri ꝛc. ca=
put cruci inclinat. Repetita Antiphona Introibo dextra ma=
nu producens ſignum crucis a frōte ad pectus, dicit ℣. Adiu=
torium noſtrum in noīe domini. ℟. Qui fecit cælum ꝛ terram.

Deinde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deinde caput, ſeque profunde altari inclinans, dicit Cōfiteor deo vt in ordinario. Et proſequitur eodem modo ſtans capite inclinato, donec a miniſtro vel miniſtris dictuȝ ſit Miſereatur. Cum incipitur a miniſtris Confiteor caput erigit. Cum dicit, mea culpa ter pectus dextra manu percutit. Si eſt coraȝ Pontifice, ⁊ Cardinali in loco ſui Tituli ſeu Cardinalatus, ⁊ corā Legato ſedis Apoſtolicę, Patriarcha, Archiepiſcopo, ⁊ Epiſcopo in eoruȝ Prouincia, Ciuitate, vel diœceſi conſtitutis, vbi dicit, Vobis fratres dicat tibi pater ſimiliter in fine, vbi dicit Vos fratres dicat Te pater quod dicens ſummo Pontifici genufleccit, alijs Prędatis profunde inclinat. Cuȝ miniſtri, ⁊ qui interſunt (etiam ſi ibi fuerit ſummus Pontifex) reſpondent Confiteor dicunt tibi pater ⁊ te pater Facta a circunſtantibus Confeſſione, celebrans ſtās reſpondet. Miſereatur veſtri. ⁊c. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus ſignum Crucis, dicit: Indulgentiā ⁊c. Et ſtans capite inclinato proſequitur, Deus tu conuerſus ⁊ quę ſequuntur in Ordinario, clara voce vſque ad orationem Aufer a nobis ⁊c. quam dicit ſecreto. Et tunc ſi coram ſummo Pontifice, aut alijs Pręlatis vt ſupra, celebret, facta ſummo Pontifici genuflexione, alijs Pręlatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris, ⁊ ibi dicit, Aufer a nobis ⁊c. vt ſupra.

¶ De introitu, Kyrie eleiſon, ⁊ Gloria in excelſis. Cap. 29.

Dicto, Aufer a nobis ⁊c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium altaris, vbi ſtans capite inclinato, iūctis manibus ſuper altare poſitis, ita vt digiti parui duntaxat frontem ſeu medium anterioris partis tabulę ſeu menſę altaris tangant reſiduo manuū inter altare ⁊ ſe retento pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum crucis poſito (quod ſemper obſeruatur cum manus iunctę ſuper altare ponuntur) ſecreto dicit Oramus te domine ⁊c. Quo dicto oſculatur altare ī medio, manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis: quod in omni deoſculatiōne altaris ſeruatur: ſed poſt conſecrationē pollices ab indicibus non disiunguntur. Oſculato altari accedit ad cornu ſiniſtrū altaris, ideſt, Epiſtolę vbi ſtans verſus altare, ⁊ producens a fronte ad pectus ſignuȝ crucis, incipit intelligibili voce, Introitus miſſę ⁊ proſequitur iūctis manibus. Cum repetit In-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN